



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita  
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë  
Comitis, Breviarivm**

**Bidermann, Jakob**

**Fribvrgi Brisgoiae, 1663**

Exhortatio ad conuictores. 67

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44891**

*LXVII. Exhortatio ad conui-  
ctores.*

**D**Vm in eo statu res erant, pe-  
tiere pleriq; conuictorum,  
vt intrò admissi supremum Va-  
le Antonio suo dicerent. Hos il-  
le conspicatus, omnes insolita  
dicendi vi & copia, ad rerum  
mortalium contemptionem,  
fugamque noxiæ voluptatis la-  
borauit impellere. Cogitarent,  
quàm breues illecebræ, quantis  
per æternitatem ærumnis fo-  
rent expiandæ? tum certissimæ  
mortis incertas vices: alium in-  
ter epulas luxumq; domûs rui-  
na sepelijt; alium à ludo & iocis  
ad libitinam socius traxit. mul-  
tos in ipso flore iuuentæ; mul-  
tos antè, latentis fabriculæ calor  
extinxit; & aliquis spes longas  
cen-

centu  
ctis  
post  
ris et  
anim  
dein  
omn  
bulis  
uitè  
vt ci  
opin  
dem  
rant  
& ta  
quid  
quoc  
ceren  
uino  
ri.

LX

H



centúmque añorum gaudia, no-  
ctis vnius compendio finiuit:  
postremò, vbi minimum timo-  
ris est, plurimum est mortis. His  
animæ dein' pericula; his alia  
deinde aliáque necebat: atque  
omnia sacrarum litterarum ta-  
bulis, Patrum testimonijs, gra-  
uitè & appositè sic adstruebat;  
vt circumstantium multi in eam  
opinionem venerint (quam qui-  
dem & antè non vani concepe-  
rant) illa tot argumenta, tótque  
& tam eximiè dicta ab ægro  
quidem adolescentulo dici, sed  
quod eius captum pleraque vin-  
cerent, à sanctissimi Spiritus di-  
uino numine haud dubiè dicta-  
ri.

*LXVIII. Colloquium cum  
fratre.*

**H**is adolescentibus commo-  
dum